

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

D. ERASMI

ROTERODAMI ADVERSUS
MENDACIVM ET OB-

tractationem, utilis admonitio.

APVD FRIBV·RGVM
BRISGOICVM.



D. ERASMI

ROTERODAMI ADVERSUS

mendacium & obtreffationem utilis
admonitio.



VOD SCRIPSIT

Maro, Famam esse monstrum
quo non aliud uelocius ullum;
tam ficti prauiq; tenax q̄ nuntia
ueri; nō arbitror ullo seculo
fuisse uerius quā hoc omnīū
loquacissimo, quo gloriatur quī

dam renatum Euangelium. Qui tandem obsecro sunt
isti male feriatī linguaces, qui tam repente per uniuersam
propē Germaniam sparserē, Erasmm̄ ab Hen.
Epph. atrocibus acceptum modis, scedisq; conditioni-
bus cum illo redisse in gratiam? Quod etiam si qua ex
parte uerum esset, quid est hic quod gestiant, quod ex-
ultent, quod triumphent, qui se titulo Euangelij uendi-
tant, qui nusq; non praesantur pacem & gratiam? Fin-
gant à me laesum Epph. fingāt nie laesum ab illo, fingant
utrūq; ab altero laesum, deniq; fingant nihil intercessisse
offensarum, sed humanis suspitionibus ac sycophanta-
rum delationibus diremptam concordiam, utrum hic

A 1 insulto

EPIST. ERAS. ROTERO.

insultare mihi par est, an potius utriq; de facta concordia gratulari? Vbi est hic ille spiritus Evangelicus qui semper istis natat in labris, ubi pax que pingitur in epistolis, ubi Christiana charitas, que nullius gaudet malo, sed omnium bono gratulatur? Applaudunt Epph. victorie, Quãobrem? Erat nonnihil causæ, quur Huttenicæ temeritati plausum darent, nec immerito, si successum habuisset audacia. Profitebatur enim se ueritatis Evangelicæ propugnatorem, quũ nemo magis offecerit istorum Euangelio. Cæterum cum Epph. quid tandem istis est rei? An sibi persuadent hunc in Hutteni locum successisse, quoniam ut uiuo perq̃ familiariter est usus, ita defuncti famam strenue tuetur? Hunc animũ ut in illo nunq̃ deprehendi, ita non arbitror ipsum profiteri. Sed donemus ita esse, quid hoc ad causam Evangelicam? ni forte uoluptati est, quocunq; modo negotium exhiberi Erasmo. At nullo tuo bono delectari malis alienis diabolicæ cuiusdam maliciæ est, tantum abest ut sit Evangelici spiritus. Nũc aperiam q̃ frustra semet ista uoluptate titillarint. Equidem decreueram hasce nenas silentio concoquere, præsertim quum alioqui abunde sat esset negotij, tamen quoniam nullum uideo mentiendi finem, rei summam ut habet exponam, idq; bona fide, neq; enĩ arbitror id mea magis referre quam Epphen. Ante annos ferme tres Epph. uenit Basileam, ad cuius ingressum nescio quomodo repente totam urbem per-

uasit

ADVERSVS MENDAM.

*na sit rumor, cum uelle iure agere cum Erasmo, munda-
 riq; dira. Ego sciens illi nullum esse ius agendi mecum,
 senseram minas hominis esse negligēdas. Sed amici cō-
 corditer autores erant, ut priuatim quicquid esset litis
 inter nos transigeretur, etiam hanc afferentes causam
 qđ qui in senatu primas agerent Oecolampadianis dog-
 matibus essent uehementer addicti, quibus quū ego palā
 aduersarer, uerebantur, ne in causa quamuis bona non
 satis equos haberem iudices. Ne id quidē ipse magno-
 pere metuebam, sed animo reputabā qđ parum essem ad
 eam instructus militiam, hospes, senex, ualetudinarius,
 linguae ignarus, fori rudis, nam ad hoc usq; etatis nec
 cuiusquam nomen dicti, nec à quoq; postulatus sum.
 Deniq; tum temporis tot laboribus obrutus ut metantiū
 non enecarint. Me uero miserebat etiam amicorū quo-
 rum patrociniū fuisset utendum. His ultro citroq; cura
 sitandum erat. At mihi semper studio fuit, ut amicis ex
 me quā minimū esset molestiæ. Horum igitur consilio
 ceptum est agi de componendo dissidio. Epph. uenit in
 cubiculum meum, presente Beato Renano ac Ludouico
 Bero. Deprompsit epistolam, totius indignationis fon-
 tem, quā existimabat à me scriptam Illustriss. Saxonie
 duci Georgio. Eius epistola, quantum meminī hæc erat
 summa, ut dux iuuenem à luxu otioq; in patriam re-
 uocaret, ac muneris aliquid committeret, quo præcla-
 ras naturæ suæ dotes posset exercere. Insuper tamen e-*

EPIST. ERAS. ROTE.

rant quaedam quibus ille grauer offendi uidebatur, praesertim quod diceretur se iactasse pro nobili quum esset plebeius, quodque se perditissimo quorundam Euangelicorum sodalitis ducem praebere ac propugnatores. Vbi recitasset epistolam, respondi me illam pro mea non agnoscere, nec opus esse ut ad aliena responderem. Scriptum erat ignota manus, nulla erat mea manus subscriptio, nullum anuli symbolum quo literas obsignare soleo, postremo nec diem habebat nec annum. Quod memineram me scripsisse duci, agnoscebam, omnia quae illic incrant, quoniam non memineram non debui agnoscere, nisi ille prolata manu mea et symbolo fidem faceret, quam et manus effingitur interdum, et symbolum aliquid de sublatum affigitur. Quum altercatio uideretur ad iurgium tendere, qui aderant hortabantur ut omissis expositionibus reciprocis, ageretur de abolendis offensis. Professus sum me ad id longe propensiores esse quam ad litigandum. Hic ceptum est agitari de conditionibus, Epphend. respondit se tum quidem esse commotiores, sed postridie Beato Renano scripto traditurum. Is mihi reddidit Epphend. postulationem ipsius manu descriptam, cuius exemplar ad uerbum hic subijciam.

Postulatio Hen. Epph.

Traduxit me non modo apud principem, cui licet uideatur necis ius in me esse uideatur, sed etiam apud plures priuatos, illius causa fama periclitamur, quam necessum

ADVERSVS MENDA.

cessum est resarciat, quod per epistolam unam atq; alteram uix fieri poterit, sed opus erit inscriptione cuiusdam libelli, ubi pro sua prudentia rem illam temperet, ut sit præter suam infamiam, nec lectori relinquat quid de me suspitionis: inscriptiones alioqui huiusmodi non tantopere ambio.

Principi scribat aut in aulam, ubi epistolam suam ² sparsam scio, atq; ueteri de me expectationi de integro restituat, literis tamen prius à me lectis, ne per obliqua et ambigua sua magis deprimar quàm seruer.

Quod uere innocentem me sic conatus est perdere, ³ & historiam de me contexuit, ut Friburgi concitato tumultu coactus sum discedere, quàm diuersum et urbs sciat et testes uitæ probæ illic & etæ, esse possunt uniuersi ciues. Pro læsa innocētia ibidem contum elargiatur ducatos, itidem in hac urbe faciat, ducentos uero in Argentoratos, quos ipse feram, & pro meo arbitrio egenis dispensaturus sum. Hæc omnia pro impetita & simplicitate et innocentia. Damna læsæ famæ etsi maiora sunt, quàm quæ estimari possunt, tam ob uetera in me merita, tã pietate ductus, condono lubens, si priora recipit. Quod si recusat Erasmus, uita sciat me potius periclitaturum, quàm fama.

Ad hæc mea manu rescripsi, cuius exemplum nullo mutato uerbo subijciam.

EPIST. ERAS. ROTE.

Responſio Eraſ. Rotero.

1 *Epistolam quam prælegit non agnosco, Nec arbitror me scripsisse talia, nec exemplar in meis schedis reperio. Et epistola ducis, si proferat, testabitur me talia non scripsisse. Tantum admonui Ducem, ut illū ad honestam functionem ab otio reuocaret, aut certe mihi quietem ab illo impetraret. De inscriptione libelli, si uidero animum illius factum amicum, non grauabor, maiora facturus amicitie nomine.*

2 *Quam sit illi princeps iratus nescio, aut quas irarū causas habeat mihi non constat. Habebat Epph. Emserum hostem capitalem apud principem. Si ex mea querela princeps factus est alienior, non grauabor hoc meis literis ciuilitate scriptis mitigare, quatenus licet cum tantis principibus agere.*

3 *De elemosynis ipse curabo quū mihi Deus in mentem miserit. Nec mea refert quomodo hic aut Friburgi uixerit. Quo sanctius uixit, hoc magis gaudeo. De aureis quos postulat sibi dari, præstat sileri, ne uideatur ob hanc causam intendisse litem.*

Agat amice, et desinat populum in me concitare, non patiar me uinci ciuilitate. Vberius illi prodesse possum officijs, quàm si dem ducentos aureos.

Responſionem meam ad duos primos articulos approbavit, de tertio non nihil disceptatū est, tandem cōsensimus in arbitros. Doctorem Bonifacium Amerbachium

ADVERSVS MENDA:

chium, & Beatum Renanũ, quibus uix in ea urbe reperiri posse uel doctiores uel integrioros, nec ipse inficitur Epph. Adhibiti sunt testes eiusdem integritatis D. Ludouicus Berus, & Henricus Glareanus. Conuentum est in cubiculũ meũ. Amerbachius anteq̃ pronunciar et rogauit uellemus ne stare arbitrorũ iudicio. Respondimus ambo uelle. Recitata est de scripto sententia, cuius exemplum ad uerbum subiicio.

Sententia arbitrorum.

Quoniã ex consensu utriusq; nobis ius fecistis dissidij inter uos amice componendi, uisum est nobis ut D. Erasmus ad euitandam molestiam & alendam Christianam concordia, præstet duos articulos sicut scripto recepit. Pro tertio eodem animo nõ grauabitur in subsidium pauperum dare florenos cir citer .xx. nostro arbitrio dispensandos. Et hæc facienda censemus citra notam alterutrius, tantum ut utriq; offensis, querelis ac suspitionibus abolitis, de integro certamen inter uos sit beneuolentiæ cum obliuione præteritorum omnium, perinde quasi nihil esset aut dictum aut factum. D. Hen. Epph. premat si quid scripsit, & utriq; liberum relinquitur an uicissim aliquo beneuolentiæ symbolo, an potius mutuo animo contenti esse uelint. Actum Basilea, postridie Purificationis Anno Domini 1528.

B. Renanus & B. Amerbachius.

A 5 Post

EPIST. ERAS. ROTE.

Post hæc denuo rogati sumus an placeret sententia, Responsum est ab utroq; placere. Et quo firmitus esset quod erat actū, scheda arbitrariæ subscripsimus ambo, & ab arbitris utriq; cepimus exemplum arbitrij. Post hæc fracto pane bibimus ex eodem poculo, datisq; inuicem dextris discessum est. Postridie omēs ex cepi cœna, ne quod deesset argumentum sartæ gratiæ. Ad hunc modum res acta est. Verum haud scioper quos factum sit, tamen constat priusquam Epph. relinqueret Basileam, per uniuersum populū rumorē fuisse sparsum Erasmus ab Epph. ad eas adactū conditiones ad quas ipse pro nullis aurcorū milibus nollet descendere. Moxq; per totam Germaniam horribilis diuulgatus est rumor, Erasmus ab Epph. miseris tractatum modis. His fabulis uariissimis tam perstrepebāt omīa, tanta celeritate ut uix per ullos ueredarios fieri posset celerius. Gestiebant qui mihi male uolebant, deplorabant uicem meam amici, nonnulli me literis etiam consolandū putarunt. Eius rumoris qui fuerint autores nescio, sed quicumq; fuerunt, oportet esse homines impudentissimæ uanitatis, qualium hoc tempore plena sunt omnia. Quid obsecra est in hoc pacto quod mihi uel graue sit uel ignominiosum? Culpam nō agnosco. Arbitrium præfatur ad cuitandam molestiam & alendam Christianam concordiam. Additq; Et hæc facienda censemus citra notam alterutrius. Hoc animo polliceor

ADVERSVS MENDA.

*me præstaturum conditiones. Deinde quum arbitriū
 ait ut utring; offensis, querelis, ac suspitiōibus abolitis,
 nonne nos æquat in causas? Quanq̄ mihi longe grauior
 res eram ex postulandi causæ, nisi longe dulcius esset o-
 tium uindictæ. Sed ille, inquit, præscripsit condi-
 tiones, ego recepi. Quid hinc colligunt homines cor-
 dati, nisi me fuisse tum modestiorem, tum ocij cupidio-
 rem? Accepi condiōes, sed crimen non agnouit. Itaq;
 pacis amore sui superior, non causa inferior. An nos
 suadet idem nobis sanctum Euangeliū, ut cum aduer-
 sario controuersiam uel iniquis condiōibus finiamus
 priusq̄ uentum fuerit ad iudices? Quis factum Euan-
 gelicum non agnoscunt saltem Euangelici? Nō statim
 inferior est, qui leges accipit, quandoquidem non raro
 fit ut probi prudentesq; uiri in probo litigatori malint
 causam cedere, quàm experiri legibus, neq; raro nume-
 rent turpi sycophantæ, quietem pecunia redimentes,
 pro lucro ducentes si rem charissimam uiliore paraue-
 rint. Res omnium pretiosissima est animi tranquilli-
 tas, hanc paruo comparauit, quisquis nummis redemit.
 Viator interdum à piratis, latronibus, ac sicarijs con-
 ditiones accipit, & gratias agit, quietem sibi uindicāt
 homines cordati, à lenone, à scurra, ab ebrio, à furioso,
 à garrula muliere, loquuntur blandius ac submissus,
 deniq; à molesto cane proiecto pane quietem emimus,
 & mihi uitio uertunt qui ocium tot nominibus necessa-
 rium*

EPIST. EEAS. ROTE.

rium leuissimis conditiōibus redemerim ab homine nec elingui, nec admodū occupato, præsertim quū inter nos nonnulla intercessisset familiaritas, ut iam non tantum molestum, uerum etiam turpe futurum fuerit cum eo cōtendere, qui cum familiariter uixeram. Fingāt me ad actum ad conditiones aliquanto duriores, ponant ex portam bonam pecuniæ summā, nemo prudens cui nostrum uterq; fuisse notus, aliud suspicaretur, quā me rem multa charissimam uiliore mercatū esse. Natura quietis sum amans, atq; hæc pilea semper totis, ut ait ille, sarcinis redemi. Alioqui nō defuisset fortuna paulotum lauior tū splendidior, nisi me deterruisset seruitus opum ac dignitatum comes. Id uero temporis otium qđ mihi arcano quodam naturæ sensu semper charum ac dulce fuit, præter senectutis onus, ac ualitudinis afflictissimæ penè perpetuam molestiam, multis uarijsq; laboribus distēto sic erat necessariū, ut uix unquā magis. Vnde suppetisset ocium ad litem forensem, cui non suppetebat ocium ad curandam corpusculi ualitudinem? Porro studijs non satis est otium, & animus molestijs uacuis, etiam alacritatem requirunt. Erant interrumpendi labores quos haud mediocres iuuandis publicis studijs perfero, litigandū erat per aduocatos & interpretes, homini elingui cum actore minime nuto, idq; apud iudices Laicos, quorum pleriq; ualde fauebāt dogmatibus, à quibus ego dissentio, deniq; tam rudi forensum

ADVERSVS MENDAM.

sum negotiorū, ut uix alius magis. Quem aut̄ amicorū sustinuissem tali onerare negotio? Proinde delectū est, quod & studijs erat utilius, & mihi simul & amicis commo- lius, & homie Christiano dignius, postremo ipse etiam ex postulatori expedientius, quem Illustrissimus princeps literis suis admonuerat, ne qd̄ obturbaret studijs meis. Nam quum caput totius querelæ esset, ducem meis literis factū alieniorem, illius animum magis erat alienaturus, si contempta eius autoritate pgeret facefferē negotium ei quem princeps non vulgari fauore prosequeretur. Hoc consilium quū Christianis omnibus, tum precipue uiris Euāgelicis probatū oportuit. Sed magnificum existimant timeri. Timet autem qui legis præscriptas accipit. At nemo magis timetur q̄ uir improbus, & ut quisq; est uir optimus, ita minie metuitur. Si p se magnū est timeri, timentur ab omnibus boues cornu- pete, timentur scorpionij & uiperæ, in Comædijs Chre- mes ac Demipho metuunt Phormionem.

Non agnoui epistolam quam impingebat Epphen. Quid num agnoscere debebam quā non agnoscebam? ac in meipsum mentiens porrigere telum aduersario? Eius epistolæ exemplar, ut dixi, inter meas schedas non reperi. Dux Epph. scripserat, in meis ad ipsum literis nihil esse talium conuitorū qualia continebat epistola. Tantum admonuisse me, ut iuuenem præclaris naturæ dotibus præditum auocaret ab otio luxuq; ad honestam aliquam

EPIST. ERAS. ROTE

aliquam functionem. Id à me factum nō negavi, sed ante
 annos aliquot. An existimant me memoria tenere quicā
 quid scribo, qui præter uolumina uno interdū die scri-
 bam dictemue epistolas quadraginta quarū paucas re-
 lego? Fieri potuit, ut eam epistolā finxerit aliquis, fieri
 potuit ut aliquis quæ libuit, admiscuerit. Si sciebam nō
 esse meam, dementis erat in meum ipsius malū mentiri.
 Si dubitabam, extremæ stultitiæ fuisse cum meo in com-
 mōdo asseuerare quod erat ambiguum. Efflagitabam,
 proferret epistolam cum manus meæ subscriptione, cū
 simbolo termini quā se prædicabat habere, tum me re-
 sponsurum. Id quantūuis efflagitatus non fecit, facturū
 utiq; si potuisset. Iam si maxime protulisset epistolam cū
 subscriptiōe et simbolo, nisi mihi constitisset à me scrip-
 tam, stultum erat protinus agnoscere quo grauarer in
 causa. Sunt enim quidam in hoc exercitiū, ut manum
 exprimant alienam tanta similitudine, ut nec is depre-
 hendat dolum qui effingitur. Ludit hęc arte me quondā
 Senæ Alexander Archiepiscopus titulo diui Andree,
 filius Iacobi Scotiæ regis, eius qui nunc regno potitur,
 frater. Ostendit mihi codicem quēdam typis excusum,
 quem certo sciebam nunquā à me lectum, In eo multa
 annotarat in spatijs marginalibus. Protinus agnouī
 manum meam. Rogo unde nactus sit eum librum: Ag-
 nosco inquam figuras meas, uerum codicem hunc nec
 legi nec habui unquā. Ille cōtra, legisti olim, sed excidit,
 alioquē

ADVERSUS MENDĀ?

*alioqui unde hæc tue manus notula? Quñ ego scripturã
 inficiari nõ possem, certoq; scirem mihi nunq; fuisse tale
 uolumen, tandem cum risu fassus est dolum. Atq; ego,
 ne tu inquam præclare falsarium agere possis si uelis.
 An non is qui pridem Argemorati dissectus est, imita-
 titijs epistolis atroces exciuit tragedias? Ante annos
 fermè decem Bruxelle quidã supplicio affectus est, qđ
 principis sigillum arte detractum, alienis diplomatis
 affixisset. Vetus hic ludus est aliqd facinoris molientiũ.
 Si sunt qui totas effingunt epistolas, quantulũ est negotij
 tria imitari uerba ex subscriptione? Quid hic referam
 ulgo notissima de conficto fœdere, quo nescio quis arti-
 fex Germaniæ principes inter se committere tentauit?
 Has ob res in odiosis actionibus scriptura manũ huius
 aut illius referens non recipitur ad conuincendũ reum,
 nisi accesserint argumenta certiora. Addam illud ex su-
 perfluo: ut fuerit à me scripta quam recitabat epistola,
 nec id nescissem, tamen si negassem à me scriptam, nihil
 fuisset mentitus, quod aliena manu esset descripta. Hic
 succlamabitur, dolus malus: Imo dolus bonus est, quoties
 suo quoq; bono tollitur aliquis, aut fallitur qđ falli dignus
 est. Sic Dauid decepit regem Achis, sic Michol fefellit
 exploratores Saulis, non sine laude pietatis. Hic dolus
 in bello laudari cum primis solet. Sic medicus interdũ
 fallit ægrotum. Deniq; sic Christus aliquoties fefellit Iu-
 deos. Absit invidia uerbo. Iam ut in bello, ita in litere*

EPIST. ERAS. ROTE.

hinc iubetur esse sui proditor. Verum hæc quoniam mihi extra causam dicuntur, nolim uel mihi fraudi esse, uel in cuiusq̃ rapicuneliam. Meæ literæ quas agnosco, nõ uindictam querebant mihi, sed illi remedium. Hic erat scopus, ut opera principis à uita multorum fabulis obnoxia uocaretur ad honorificum munus, ac per hoc ad opes ac dignitates. Hoc animo quid esse potest amicus? An non idem frater pro fratre, pater scriberet pro filio? In his literis si quid erat subamarum, est hoc salutarium pharacorum. In summa si quid inpersum erat quod offenderet, non hic dicam estimandum, an hæc in com meritum facta sint, non enim est animus reficere cicatricem, at quoniam uni scripseram, eiq̃ amico ac bene uolo, magis indignandum erat his qui scriptum sparserunt, quam ei qui scripsit. Tantum obiter de abnegata epistola. Redeo ad horrendas condiciones, in quibus spectandum est non quid ille postularit, sed quid ego receperim. Solet iniquum peti ut æquū feratur, neq; quicq̃ uetat quo minus quilibet à quouis petat quiduis. Itaq; qui iactant illius postulatiõis, spectent quid ego spondiderim, quid arbitri præscripserint. Nam arbitrij bona pars pendet ex meo responso.

Polliceor me scripturū uel ad ducem uel ad alicui aliquem, idq̃ sub conditione, si princeps meis literis factus est alienior, Ad do, ciuilitè, nec hoc contentus adisio quatenus licet cum tantis principibus agere. Et arbitrium

ADVERSVS MENDA.

bitriū excipit utriusq; notā. Vbi igitur horrendæ leges?
 Secundo loco polliceor dicationem libelli, sed nullo
 præscripto tempore, nullo designato certo argumento,
 ac ne id quidem simpliciter, addita est cōditio, si uidero
 animum illius factum amicū, adieci & illud amicitie
 nomine, quemadmodum habet etiam arbitrium, ut
 officium uideretur, non poena.

De tertio quid graue præscribunt arbitri? Vt id facerem
 etiam, quod mea sponte facio. Non est præscriptus tem-
 poris modus, non genus pauperum, & expressum est,
 ad alendam concordiam. Cæterum arbitros sciebam
 equiores, quàm ut mihi quicq; hic graue præscriberet,
 ut qui scirent nihil aliud agi, quàm ut meis studijs ocium
 redimeretur. Exclusa est omnis infamiae nota, non gra-
 uata est crumena. Soleo plura pauperibus elargiri in-
 iussus. Quid est igitur quod iactant Erasmi atrocibus
 tractatū modis? Tantum de grauaminibus.

Hæc fabulas aliquāto post excepit alius rumor de
 prodigiosa Erasmi perfidia, qui pacta non præstitisset.
 Hoc sexcentis epistolis iactatū est, hoc in omnibus con-
 uuijs decātabatur. Quid si doceo me nō pauca præter
 pacta præstitisse? tantū abest, ut mihi pfidia possit ob-

Liberū erat seu duci scribere seu cuius (ijci.
 sulico. Epph. instabat ut ipsi scriberem duci. Datum est
 hoc ultra pactum.

Voluit ille meis ad ducem literis interponi quasdam

B Sententias

EPIST. ERAS. ROTÆ.

sententias ipsi quàm mihi commodiores. Id quum arbitrio non contineatur, concessum tamen est, ne dissiliret gratia priusquam satis coisset.

Vesperis flagitavit epistolam, postridie mane profecturus. Nocte itaq; scribendū erat, non sine valetudinis periculo. Hoc quum nec arbitri præscripsissent, nec distaret æquitas, datum est illius affectui.

Postulavit ut exhiberetur ipsi epistola legēda priusq; obsignaretur. Hoc ut erat incivile, ita videbatur animi diffidentis, tamen si frustra. Nam si fallere uoluissē, licuisset per alium quæ uoluissē duci scribere. Deuoratum est hoc quoq;.

Flagitavit ut ipsi cōmitteretur epistola ad principē transmittenda, Datū est hoc quoq; præter conuenta.

Super hæc omnia flagitavit ibi protinus exhiberi præfationem libelli, nondum nati, Id quoniam arbitris videbatur non tantum iniquū, uerumetiā ineptum ac ridiculū (quid enim stultius quàm ostentare præfationē absq; libro, hoc est caput sine corpore) non ausi sunt mihi proponere, præsertim qđ ista, significationē darent animi parum synceriter amici. Proposuit tamē & hoc tandem Bonifacius, non sine pudore. Datum est, ne nō perficeretur quod erat cœptum.

Petierat & decem aureos pro uiatico. Fortassis & hoc facturum eram, si in tempore rogatus fuissē. Verū id demum accepi eo iam profecto.

Vides

ADVERSUS MENDA.

Vides quàm multa statim ultra præscriptum data sunt. At non prodijt promissus liber. Primũ nullũ erat ei rei præscriptũ tempus, et si uisus fuisset contantior, ab arbitris ex æquo et bono præscribendũ erat. Fœdus actum est sub nundinas uernas, mox à pascha declamatum est in perfidiam, quasi libros perinde ut muccũ emungeremus è naribus. Sed demus annum præterisse, locus erat amicæ expostulationi, perfidiæ crimen nullo iure potuit impingi.

Iam fingamus fuisse præscriptum diem, an continuo reus est, qui promissum ad diem constitutũ nõ præstat? Ita ne perfidiæ tenebitur, qui creditori pecuniã ad præfixum tempus non reddidit? Qui commodatum ultra diem seruat? Tenebitur Faber et Vestiarius, qui ad diẽ promissum non absoluit opus? Expostulare cũ his licet, at nulla est perfidiæ actio. Et hic uociferantur de perfidia, ubi nec dies nec annus præfixus est? Si in contractibus ciuilibus locũ habet excusatio, si non licuit, si commode nõ potuit, quãto magis ualere debet in hoc negotio quod per amicos amicitie legibus pagitur, & in quo nõ exigitur summũ ius, sed boni consulitur quod dicitur æquitas & humanitas.

Rursus dono per arbitros fuisse præscriptũ diem, dono rē nõ gratiarũ auspicijs, sed legũ seueritate geri, de libello dicendo non erat simplex promissũ, sed addite sunt duæ cõditiones, amicitie noie, & si cõptum ha-

EPIST. ERAS. ROTERO.

berem illū mihi ex aīo factum amicū. Si quis exigat libellum uelut iniurię pensationē, isto noīe non debeo. Si flagitatur liber ut contentiōis trophæū, aduersus pactā flagitatur, non debeo nisi spectato amico. Quoniā autē Hebraeus ille sapiens monet, ne simus ab amico recōciliato securi, nō protinus neq; quibuslibet argumentis credi oportuit, in odij locū successisse sincerā beneuolentiā. Atqui ni hoc sit exploratū, nō debetur liber. Eū aīum an præstiterit Epph. alij q; cū illo uiuūt, & ad quos scribit, magis scire possunt q̄ ego. Nolim enim nūc hęc mouere camerinā. Ceterū ut uana sint oīa quę detulit rumor, illū frequenter totis conuiujs in meū destomachari nomen, libelli nescio quid famosi & amarulenti passim hospitibus recitare, literas nihilo minus hostiles ad suos mittere, ecquod euidens dedit specimen, unde certū habeam illū ex aīo mihi factū amicū? Quis audiuit illū de me loquentē honorifice? per quē iussit saluere? Quas literas uel ad me, uel ad alios misit, testes animi bene cupientis? Quādo mihi obrectātib; occlusit os? Atq; his officijs nihil est uulgarius, eaq; præstare ciuilitatis est non amicitie. Quod si spectemus equitatē, nō illud actum est p̄ arbitros, ut ille sic à me libellū exigeret, quē admodum incendiarius pactā summā exigit à rusticis, ignē iniecturus horreis, ni statim numeretur, sed ut sarthe iam & coalescentis amicitie hoc aduersus hominū calūnias quasi testimoniū esset. Id autē officijs ambiendum

ADVERSVS MENDA.

*dum erat potiusq̄ conuūtijs efflagitandū. Alioq̄ qui sic
 postulat hoc ipso qđ postulat, amittit ius postulandi, ac
 pfidie uicinior est, qui contra pacta flagitat, q̄ qui pro-
 missum differt, præserti quū citra dispendiū cōstet dila-
 tio. De perfidia plus satis. Atqui haud scio an hoc ipsū
 isti putent esse præclarū, alicui facessere negotiū, extor-
 quendo quæ nō debentur, & ex postulando ubi nulla est
 culpa. Hoc si fingūt in gratiā Epph. aut uani sunt aut
 stulti. Vanitatis est iactitare qđ non est: Stultitiæ, laudi
 tribuere qđ est uitupio dignū. Mihi cū Epph. nunq̄ fuit
 amicitie sanctioris foedus, præter eā quæ est Christiano-
 rum oīm cōmunis. In familiaritatē ipse semet ingressus,
 atq; horis pomeridianis quas soleo studijs subducere, et
 amicorū confabulationibus dare, congerro fuit aliq̄dus
 non infestius. Nōnulla mea in ipsum merita agnoscit
 ipse in postulatiōe. Nec consuetudinem illius ambio, nec
 officiū requiro, abūde satisfecerit si quiescat à ledendo,
 et tamen hodieq; paratus sum de libello præstare, qđ pa-
 cti sumus, quū tā multa præstiterim ultra pacta, ne dicā
 contra. Tantū præstet ille dimidiū conditiōis, ego totum
 præstare pmissū paratus sum. Totā præstabit si nō mo-
 do quiescat à ledēdo, uerum etiā officijs declaret animi
 beneuolentiā. Dimidiū præstabit, si desinat ledere, hoc
 mihi satis erit. Sed interim mihi cū Epph. res non est, cū
 his ago qui spargendis uanissimis rumoribus magis illū
 ledunt, cui uidentur uelle fauere, q̄ me cui male uolunt.*

EPIST. ERAS. ROTERO.

Eorū qui ueritatem Euangelicā profitemur talis debet
 ret esse confabulatio, ut ubicūq; duo congregati fuerit,
 ille qui ueritas est & ueritatē diligit, sit in medio eorū.
 Calūnia res est impia, etiamsi absit uanitas. Cæterū ubi
 seruntur nō minus uana quā calūniosa, quis tū in me-
 dio esse credendus est? Quis, nisi q̄ & à calūniando no-
 men habet, & pater est mendacij, quotiesq; loquitur ex
 sese, mendaciū loquitur? Qui sacras literas nusq̄ nō cre-
 pant, quorū nō audiunt Paulum Apostolū, hortantē ut
 abiectō mēdacio loquamur ueritatē cū suo qsq; proxio?
 Iam confingere quæ mox uanitatis coargui possint, nō
 minus habet stultitiæ q̄ malitiæ. Nup̄ Auguste præter
 alia multa iactatū erat in tam celebri cōuentu, Erasmiū
 Basileæ flexis genibus petisse ueniā ab Epph. quā essent
 illic p̄multi, qui certo scirent hoc esse mendaciū insigni-
 ter impudens, quū nullum omīno uiderim magistratū,
 apud arbitros autē nec qđ obijciebatur agnouerim, nec
 ullū humilius uerbū à me dictū sit. Tanta ne mētiendi li-
 bido, ut pudore p̄petuo redimant breuissimæ uoluptatis
 usuram? Quāq; qui hoc morbo tenētur, his nihilo plus
 frontis esse reor q̄ mentis. Tantas ne animorū pestes in-
 ueniri inter homīes Christi nomen profitentes? Clamat
 diuina sapientia, Custodite uos à murmuratiōe, quæ ni-
 hil prodest, & à detractiōe parcite lingue. Quoniam
 sermo obscurus in uanū non ibit, os autē qđ mētitur, oc-
 cidit animā. Qui uiatorē spoliānt nūmis, prædones ap-
 pellantur

ADVERSVS MENDAM.

pellatur, et horrendis supplicijs interimuntur. Atqui ut
 charius est qđ eripit obrectator, ita grauiore dignus
 est supplicio. Famam ledere homicidij genus est. Latro
 corpus interficit, os obrectatoris occidit animam, primum
 suā ipsius, deinde eorū quos pestiferis ificit sermonibus,
 contagio mali ad plurimos transuolante, nonnunq̄ &
 eius occidit animā in quē uibrat mendacē linguam. Sic
 os Vlyssis occidit Palamedem. Porro qui nondū didi-
 cēre cū beato Paulo fortiter sequi Christū p̄ infamiā ac
 bonam famā, nonnunq̄ mœrore conficiuntur. Hoc anō
 dicas esse quosdam hysce temporibus, qui coniuratis ca-
 lamis & linguis impetūt me, sic cogitātes, seniculus est,
 ualetudinarius est, pusilli animi est, & contumeliæ im-
 patiens, sic cōfessus peribit, et nos homicidæ nō erimus.
 Verum apud homīes, apud Deum uero nihilo meliorē
 habituri causam, q̄ sicarij aut uenefici. Ac plane iā uo-
 tis suis potirentur, nisi domūs nostræ imbecillitati ro-
 bur adderet. Saltem moniti respiscant, desi-
 nantq̄ & sui, & aliorum esse homicidæ.

FRIBV RGI ANNO
 M. D. XXX.

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions and activities. It emphasizes that proper record-keeping is essential for transparency and accountability, particularly in the context of public administration and financial management.

2. The second part of the document outlines the various methods and tools used to collect, store, and analyze data. It highlights the need for robust systems that can handle large volumes of information while ensuring data integrity and security. The text also touches upon the challenges of data management, such as ensuring consistency and accuracy across different departments and systems.

3. The third part of the document focuses on the role of technology in modern record-keeping. It discusses how digital solutions, such as cloud storage and data analytics, have revolutionized the way organizations manage their records. However, it also notes the importance of training staff to effectively use these technologies and the need for regular updates and maintenance of the systems.

4. The fourth part of the document addresses the legal and regulatory requirements that govern record-keeping. It explains how different jurisdictions have varying rules regarding the retention and disposal of records, and how organizations must stay up-to-date with these regulations to avoid penalties and ensure compliance.

5. The fifth part of the document discusses the importance of data security and privacy. It emphasizes that records often contain sensitive information, and therefore, organizations must implement strong security measures to protect this data from unauthorized access, loss, or theft. This includes the use of encryption, access controls, and regular security audits.

6. The sixth part of the document explores the future of record-keeping. It discusses emerging trends such as artificial intelligence, blockchain, and the Internet of Things (IoT), and how these technologies may further transform the way records are managed. It also highlights the need for ongoing research and innovation in this field to address the challenges of the future.

7. The seventh part of the document provides a summary of the key points discussed and offers some final thoughts on the importance of record-keeping. It concludes that while the field is constantly evolving, the fundamental principles of accuracy, transparency, and security remain the cornerstone of effective record management.